

Distinctionum Quartii Libri Sententiarum.

ad nec hoc ab alijs tenetur. Hæreticum autem facit prava intentio in intelligentia scripturarum. Et incurritur hæresis ex ipsis inordinatè prolatis. Hinc hæreticus est secundum Augustinum, qui aliquius temporalius commodi, & maximè gloriæ principatusq[ue] sibi gratia, falsas, ac nouas opiniones gignit, vel sequitur.

Schismatics placuit non consecrare Magistro,
Hæresi, & captos, quos male suada tenet.

DISTINCT. XIV. QVAE INCIPIT. Post hæc de qua nunc agendum est &c. Epit.

Poenitentia, de qua nunc agendum est, necessaria est hominibus per peccatum à Deo longe separatis. Est enī secunda tabula post naufragium, sicut baptismus prima. Nā post baptismū lapsi, per poenitentiā reparari possunt. At baptismus est sacramentum tantū poenitentia autē est & iuritus, scilicet ea, q[ue] est interior. A poenitentia autē & Christus, & Iohannes precursori ipsius prædicationē incepitur, quæ a p[ro]niendo dicta, a timore initiatu. Est igitur poenitentia, p[er]terita mala plangere, & plangendaterum nō committere, quod cum similibus accipiendo est in populo plangentis. Vnde errorem est, quodq[ue] di dā dixerint verā poenitentia non fuisse, ubi plange gētē contingit iterum peccare. Verum in peccatum lequens poenitentia prior, & alia bona mortificant, attamen si peccatum iterum refugiat per poenitentiam, opera in charitate facta reutinunt, quamvis non ea, quae in peccato facta non quā enim uiua fuerunt, per quæ & sanus habet intellectus eius, q[ui] Augustinus dicit, inane esse poenitentia, quā seques culpa coquinat. Similiter & id, quod de relapsis dicit, non eos veniam consequi &c. Quod et dicit, Poenitentem dolorem audire debere, de perfectō rū intelligitur poenitentia. Quod uero Ambrosius ait poenitentia nō reiterandā, de solemni poenitentia, accipitur. Hinc cōclusio ne tenendū, poenitentias reiterandas esse, quoties quis peccat. Nec t[ame]n tra est auctoritas, Apololi, cui errorne iudicari initebantur, si recte intelligatur, ut patet inuenti. Quisquis paeniteat, quemadmodum criminis unda, Comprendet tabulam, qua nate ipse, leuem,

DISTINCT. XV. QVAE INCIPIT. Et sicut prædictis auctoritatibus &c. Epit.

A ueritate longè deficit, qui putant vñ mortale fine altero dimitti, t[ame]n de uno fine altero poenitentia agi posse. Quod autem scriptura dicit Deum nō punire bis in id ipsum, intelligit[ur] est de his, qui ex flagellis (quæ quidem quintuplici causa infiguntur) emendationem accipiunt. Sicut & accipiendo est quod Hieronymus ad dicit aliquos temporaliter punitos, ne in aternum punirentur. Nam extra textū sciendum, q[ui] in non poenitentibus enī leuia eterna littera saltē per accidentem puniuntur, quia scilicet eis simili, & mortalibus decedunt. Quod etiam dicitur, ciuitate compuli in una parte, & non in alia, nō est in contrariū; quia non quo ad criminis ueniam, sed aliuis peccati deletionē quandoq[ue] hoc contingit. Sed & illud Ambrosius, Si fides desit, poena fastidaci, intelligitur de peccato ignorante. Nam fides hic stat pro scientia. Vnde de uno peccato mortali sine alio satisfactio fieri non potest. Est enim satisfactio, peccati causas excidere, & carū suggestionibus additū nō præbere, quod non facit, qui uel in ino remanet mortali. Hinc nec blandiri sibi debent de

eleemosynis, qui non de omnibus poenitent, eo g[ra]dicat dominus. Date elemosynā, & ecce omnia nū da sunt uobis. Eleemosynā enim, seu misericordiam oportet sibi p[ro] homo primum imp[er]dat, t[ame]n de pecatis poenitendo. Bona autem in statu peccati facta non remuneratione gloriar, sed réporali aliquo cōpenlat Deus. Sed nec bona in charitate facta, per peccatum mortificata, nisi per poenitentiam renunciū facta. Igitur unum peccatum mortale sine altero nō dimittitur, sicut nec Christus homini nisi totū aliquando fanauit, alijs Deus inimico, & ei, qui nō habet timorem, veniam daret: nec plenam, sed dimidiā, quod inconveniens esse patet. Deniq[ue] ad veram poenitentiam, male ablatorum restitutiōne fieri necessarium est, dummodo facultas asit.

Nec sceleri credas, alio sine, parci etiū.

Nec de hoc absque illo penitus uelis.

DISTINCT. XVI. QVAE INCIPIT. In perfectione autem poenitentia &c. Epit.

Tres ponuntur partes perfectæ poenitentie, scilicet cordis contritio, oris confessio, & operis satifactione, nam & corde, ore, & operis conluctuine spiritualiter morimur. In cuius etiam fini tres mortuos dominus suscitauit, unum in domo, aliud extra portam tertium iam secundum in sepulchro. Est autem poenitentia necessaria discreto, ut scilicet consideret qualitate criminis, t[ame]n & locū, personam, & sic de alijs circūstantijs, que ipsum narrare, & in aliud genus trahere possunt: quantumq[ue] in eo perseverauerit, & de oib[us] doleat, nec confessione dividat, paratusq[ue] sit sacerdoti obediēre, & tunc tandem ad communionē eucharistie accedit. Cautela autē ea, q[ue]rā poenitentia sunt impeditiva, qualia sunt ludi, & spectacula, & negotia, uel officia, in quib[us] peccato permanere non potest. In quibus tamen existētes, aliqua bona opera facere cōmōdū sunt, vt sic eos Deus ad poenitentiam illustrē. Est autem poenitentia triplex. Quædam enim peragitur ante baptismo ab adulis, quos veterum hominem exuere oportet, priusquam nouum induat. Alia post baptismum pro mortalibus, & alia pro uenialibus: quæ esfleua videantur: multiplicata tamen grauā, & opprimū. Quod tamen opprimere intelligendū est, nō inquantū ueniala manent, sed inquantū interuenientur, & contempnū, vel alia mortalis circumstantia. Cor dolet, os loquitur, p[ro]nas opus irrogat aquas, Cura salutaris crimina quando lanat.

DISTINCT. XVII. QVAE INCIPIT. Ilici ponitur quæstio &c. epit.

Sine confessione oretenus facta, dum tamen non asit confessionis contemptus, sed ea in toto habetur, & sine operis exterioris poena peccata deleri possunt per interiorem cordis contritionem. Per quod quidem contrariae opiniones ad famam intellectum reducuntur, & auctoritates, quas adducunt, recte intelliguntur. Oportet autem, ut hoc ad effectum perducatur tempore opportuno. Nec soli Deo confiteri sufficit, dummodo copia fæc[t]or[um] haberi possit, qui poenitentiam imponat. Nā satisfactionis modus, & peccatoris reconciliatio, ad ministrorum, ecclésias pertinent, quae sine confessio ne fieri non possunt. Sed & erubescencia in confessione, est magna pars deletionis poenar, debitor pro peccatis. Vnde & leprosis dictum est, quod offendenter se fæc[t]oribus, unde & expedit, idem Tom. iiiij. D. Dion. Cart. * 5 pecca-